1159 utraque parte pugnatur acriter, plurimi hinc et inde vulnerantur, capiuntur, occiduntur. Nox pugnam dirimit.[1] Kremenses infra muros sese retrahunt ex parte imperatoris marchione de Ancona,[2] milite honestissimo, interfecto. Imperator Krema obsessa Laudam revertitur et assumpta sibi fideli militia nocte clanculo cum quibus-

Jul. 13 ~~Jul. 15~~ dam Papiensibus versus Mediolanum progreditur.[3] Papienses autem in quadam silva in quibusdam latibulis imperatore cum sua militia posito pro rapiendis gregibus Mediolanensium[a] saliunt, plurimos greges rapiunt, fugam cum ~~eo~~ eis ineunt. Hec res Mediolanensibus innotescit, fit clamor undique, signa dantur bellica, pro gregibus suis eripiendis armata militia progreditur, cum Papiensibus ad hoc constitutis pugnant, nunc vincunt, nunc vincuntur. Papienses interdum fugam simulant, ubi imperatorem cum militia latere sciebant, interdum a Mediolanensibus vulnerantur, capiuntur plurimi. Interea imperatore iam prope existente, a Papiensibus tuba ductilis sonat, sig- Psal. 97,6

[a] Mediolanum

1) ~~Ro~~ S. oben S. 51

2) Ancona.

~~3) Bei Settetiano~~

3) Zum Folgenden vgl. Ann. Med. mai. 37 u. Otto Mor. 71 ff., die genauere Angaben über Lokalitäten und Daten machen.